

G quippe qui circa omnia uersetur, quæ materia, & eius operatione, atque affectiones appellant, sed cessans & manca nisi forma meminerit ac formam quidem semper in definitione collocare debemus, quæ locum principem tenet, ita tamen, ut à materia non recedamus, etiam si forma ratione possit abungi, etenim forma naturali materia semper opus ususque est. Sed nisi aliud dicatur, solutio ista Themistii uidetur magis et in sufficientibus, nam si ea ratione definitio data per solam formam dialecticam est, quia forma seorsum soliditatem habere à materia non potest, neque seorsum consistere ualeat: reformis se qui uideatur, quod definitio, quæ datur per solam materiam dialecticam erit, quia materia seorsum consistere, & soliditatem habere præter formam non ualet, sicut scribitur *Cō. in. 2. Phis. in cō. 1. 2.* immo si bene considerare uolueris, magis hoc est de materia secundum sententiam Peripateticorum, nam. 2. *Phis. auscul. tex. cō. 5.* Materia est propter formam, non autem forma propter materiam. Confirmatur, nam *Auer. in. 7. Primæ philosophiæ in cō. 8.* in Calce com. scribit, & cum induxit rationationes ex quibus apparet quod materia est magis substantia dixit, sed hoc est impossibile, ut materia sola sit substantia, cum opinatur quod intentiones separabiles in intellectu, quæ non intelliguntur in respectu aliorum, sicut est materia, sed quæ intelligitur per se sunt magis substantiæ, & ideo existimatur quod forma sit etiam substantia cum sit quidditas quam significat definitio, ubi expresse colligitur quod est magis absolutus intellectus formæ, quod intellectus materię. Et confirmatur, quia idem est iudicium de materia, & forma, sicut de potentia & actu, quia. 1. 2. *Meta. cō. 26.* potentia reducitur ad materiam, & actus ad formam, modo. 3. *Meta. tex. cō. 3.* potentia per se refertur ad actum, actus autem non refertur ad potentiam, nisi quia potentia refertur ad actum, quia sunt relatiua opposita de 3. modo relatiuorum per modum mensuræ, & mensurati. Nec ualet solutio illa Themistii, quod ideo ea, quæ per solam materiam est definitio naturalis esse dicitur, quia omnia, quæ à Naturali considerantur materiam habent. Nam rectius dixisset plura ex his, quæ à naturali considerantur materiam habent propter intellectum, unde sic loquitur *Arist. in. 6. Primæ phiæ in te. cō. primi.* Physica theoria quædam est, sed theoria circa ea res, quod est possibile moueri, & circa substantiã quæ scdm rationem, ut secundum magis non separabilem solum, ubi *Auer. in com. inquit* ponderando ly secundum magis, & dixit in maiori parte propter intellm. 2. *Phis. cō. 2. 1.* inquit *Com. ex fundamentis, quæ ponit naturalis est quod plures forme naturales sunt in materia, & hoc manifestum est per se, de forma autem in qua hoc non est manifestum per se ista scia considerat, utrum sit in materia, uel non, & in hoc non est dubium nisi de anima tm. Præterea. Esto quod illud uerum esset, tunc adhuc est difficultas, n. 2. *Phis. tex. cō. 1. 2.* Forma est magis natura, quæ materia, & *Cō. 5. Met. cō. 5.* scribit quod natura primo dicitur de substantia, quæ est principium motus in rebus naturalibus essentialiter, & primo, & quod materia non dicitur natura, nisi quia recipit istam materiam, unde definitio naturæ dicitur analogica, quia prius uerificatur de forma, quæ de materia, & c. *Cō. 5. cō. 5.* idem habetur. Scia igitur naturalis prius est de natura quæ est forma, quæ de natura, quæ est materia. nam ut scribit *Comē. 2. Phis. com. 2. 6.* licet scientia naturalis utrunque consideret, & formam, & materiam, tamen de forma Naturalis considerat per se, & de materia propter formam, & tunc uidetur, quod potius definitio data per solam formam sit naturalis, quam quæ datur per solam materiam, & sunt difficultates sicut uides, à quibus non nisi si solers ingenium potest euadere. Albertus autem cognomēto Magnus. 1. de Anima tract. 1. cap. 7. fecit longam digressionem de hoc dubitando quod Dialecticus diffinit per formam, cum forma si pars rei, & non totius, neque uidetur posse de toto prædicari. Ad quod multis interpositis, inquit, quod forma rei dupliciter potest considerari, sicut dicit *Auicē. Vno. n. modo* consideratur, ut est actus rei, & pars esse eius, & hoc modo non prædicatur de re. Alio modo, ut est intentio rei abstracta à re, & sic prædicatur, quæ est intentio totius, & non partis. totum. n. significatur sub qualibet forma*

quæ ex in ipso, siue sit generis, siue differentię, siue proprii, siue accidentis, & secundum quod significatur, itans sub aliâ quæ illas formas, sic abstrahitur ab ipso uniuersale, & est illud uniuersale intentione totius, & ideo prædicatur de toto, & has intentiones totius cōsiderat logicus, & cætera, quæ uide ab ipso. Sed nec istud dictum Alberti satisfacit, quia non est questio an forma possit prædicari pro modis partis, aut per modum totius, sed questio queritur quid quid diffines illæ ex quibus non contingit accidentia essentialia demstrare dicuntur dialecticæ, & dicitur data esse per formam. Et propter hoc relictis aliorum opinionibus in hoc dicendum puto, quod cum forma sit subiectum uisitas, & ite est intell. cuiuslibet formæ, ut scribit *Com. 1. Cœli cō. 9. 2.* & ideo dicitur in diffinē uniuersalis quod est aptum natum dici de pluribus, & in lib. *Demetr. destr. 16* dispu. 1. in folio. 7. dicitur. Cā pluralitas seu multiplicitas est materia apud *Phos.* & causa conueniētiæ in multitudine numerali est forma, secundum quod possunt reperiri res plures in numero in una forma. ideo dicitur nos quod tales diffines datæ per cōia dicit esse datæ per formam, quia causa cōiatis, cōueniētiæ est à forma, & propter hanc cām oēs rationes ex cōibus prædes dicit dialecticę, ut supra dictum fuit, quia dialecticę prædit ex cōibus ex quibus non aggeratur scia, sed opinio: *Physicus* autem appropriata re dicitur diffinere per materiam, pro quantum uidelicet non diffinit per cōia sicut dialecticus, non quia in diffinē natura li apparet materia sine forma, quia ut inquit *Auer. 1. de Anima. cō. 6.* qui in definitionibus rerum ponit materiam, & omittit formam diminute accipit, similiter etiã, ut scri. *Cō. 2. Phis. cō. 70.* Naturalē oportet dare rationē p̄ oēs quatuor causas, quæ in scia naturali apparet materia, & in quo est materia, sunt oēs causæ, & oēs causę rerum à naturali p̄siderandę, scdm quod hnt attributionem ad materiam, & ut hnt esse in materia, nam considerat mouentem cām scdm quod mouet materiam, & formam secundum esse quod habet in materia, & finem secundum quod est terminus motus quo mouetur materia, & materiam ipsam secundum quod est subiecta forma, secundum esse quod habet forma in materia, sic igitur intellexit quod dialecticus diffinit per formam, & physicus per materiam, quod *Ioannes de Ganduio*, & alii adhuc intelligere resoluti non poterunt. * Sed est dubium quia. 1. de Anima. tex. com. 1. 8. i. 8. & furor non possunt sine materia sensibilis, sicut linea & planum, & tunc quæro quod igitur dialecticus diffinit nisi sine materia sensibilis, nisi esset quod *Arist.* uult dicere quod oēs passiones, quæ insequuntur corpore transmutabile in eo quod transmutabile appropriantur Naturali, sed quæ insequuntur corpus in eo quod corpus, & magnitudo appropriantur Mathematico, ut dic. *Cō. 1. de Aia. cō. 17.* licet igitur Naturalis qui est artifex sp̄alis nō possit irā, & furorē diffinire sine materia, potest tñ Dialecticus qui est artifex cōis, nec hoc inuenitur, quia alius est modus specialis artificis, & alius communis.

Mathematicus non abstrahit à materia intelligibili.

E licitur Propō ista ex. 7. Primæ philosophiæ tex. cō. 35. *Ægidius Rom. in. 2. Phis. super expōne tex. cō. 1. 8.* & in. 1. de Generatione & corrupt. ad principium text. net materiam intelligibilem esse substantiam, uult. n. quod materia quata sit subiectum scientię mathematicalem, nā ut inquit, prius natura potest intelligi fine posteriori, & non econtra, & quia quantitas est natura prior quantitatibus sensibilibus, ideo Mathematicus potest abstrahere à qualitatibus sensibilibus, quantitas autem est natura posterior materia, ideo nō potest abstrahi à materia, sicut qualitates sensibiles sunt posteriores quantitate, ideo naturalis non pot abstrahere à substantia. Scotus etiam qui in. 6. *Meta. quæ prima tenet substantiam corpoream esse subiectum sciam mathematicalem.* & *Auic.* & uir oēs ponentes cum eo formam corporeitatis de Prædicamento substantię cogentem primæ materię, habent conuenienter dicere materiã intelligibilem à qua Mathematicus non abstrahit esse substantiam. * *Contra* istam pōnem uidetur esse auctoritas *Arist. in. 4. Meta. tex. cō. 4.* ubi habetur, quod totum partes Philosophia

Euasio.

Impugnatio

I

Opinio Alberti magni

K

Impugnatio

Opio prima

L
ADDI.
Et Com. 7.
Auer. 39.
i. ceter. et naturalis nō de substantia, quæ est materia, quia materia est substantia, quæ est forma, et materia.

* ADDI.

M

*

Propō. 88

Opio Agidi Romæ.

* ADDI.

* ADDI.